

24. Qui cum fure participat, odit animam suam: adiurantem audit, & non indicat.

25. Qui timet hominem, citè corruet: qui sperat in Domino, sublevabitur.

26. Multi requirunt faciem principis: & iudicium a Domino egreditur singulorum.

27. Abominantur iusti virum impium: & abominantur impij eos, qui in recta sunt via.

Verbum custodiens filius, extra perditionem erit.

C A P U T . XXX.

Homo Deo vicinus iudicat se insipientem, & opera Dei incomprehensibilia: sermo Dei ignitus, cui nihil addendum: deprecatur vanitatem, verba mendacij, mendicitatem & divitias: non accusandus servus apud Dominum suum: aliquot generaciones exercrabiles: duas sanguisugæ: tria insaturabilita: oculus patrem subsannans: tria difficultas: per tria mouetur terra: quatuor minima terra: tria bene gradientia: vehementer emungens.

1. **V**erba Congregantis filij Vomentis. Visio, quam locutus est vir, cum quo est Deus, & qui Deo secum morante confortatus, ait:

2. Stultissimum sum virorum, & sapientia hominum non est mecum.

3. Non didici sapientiam, & non novi scientiam sanctorum.

4. Quis ascendit in calum atque descendit? quis continuit spiritum in manibus suis? quis colligavit aquas quasi in vestimento? quis suscitavit omnes terminos terræ? quod nomen est eius, & quod non men filii eius, si nosti?

* *Psal. II.* 5. * Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est sperantibus in se:

* *Deut. IV.* 6. * Ne addas quidquam verbis illius, & arguiaris, inventariisque mendax.

7. Duo rogavi te, ne deneges mihi antequam moriar.

8. Vanitatem, & verba mendacia longè fac a me.

Mendicitatem, & divitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria:

9. ne fortè satius illiciar ad negandum, & dicam: *Quis est Dominus?* aut egestate compulsa surer, & periurem nomen Dei mei.

10. Ne accuses servum ad dominum suum, ne forte maledicat tibi, & corruas,

11. Generatio, quæ patri suo maledicit, & quæ matre sua non benedicit.

12. Generatio, que sibi munda videatur, & tamen non est lora a sordibus suis.

13. Generatio, cuius excelsi sunt oculi, & palpebrae eius in alta surrecta.

14. Generatio, quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis, ut comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus.

15. Sanguisugæ duas sunt filiae, dicites: Affer, Affer.

Tria sunt insatubilia, & quartum, quod numquā dicit: Sufficit.

16. Infernus, & os vulva, & terra, quæ non satiatur aqua: ignis verò numquā dicit: Sufficit.

17. Oculum, qui subsannat patrem, & qui despiciet partum matris sue, effodiant eum corvi de torrentibus, & comedant eum filii aquilæ.

18. Tria sunt difficultas: mili, & quartum penitus ignoror.

19. viam aquilæ in celo, viam colubri super petram, viam navis in medio mari, & viam viri in adolescentia.

20. Talis est & via mulieris adulteræ, quem comedit, & tergens os suum dicit: Non sum operata malum.

21. Per tria mouetur terra, & quartum non potest sustinere:

22. per servum cùm regnaverit: per stultum cùm saturatus fuerit cibo:

23. per odiosam mulierem cùm in matrimonio fuerit assumpta: & per ancillam cùm fuerit heres domine sue.

24. Quatuor sunt minima terra, & ipsa sunt sapientiora sapientibus.

25. Formica, populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi:

26. lepusculus, plebs invalida, qui collatocat in petra cubile suum:

27. regem locusta non habet, & egreditur universa per turmas suas:

28. stellio manus nititur, & moratur in ædibus regis.

29. Tria sunt, que bene gradientur, & quartum, quod incedit feliciter:

30. Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pavebit occursum:

31. galus succinctus lumbos: & aries: nec est rex, qui resistat ei.

32. Est qui stultus apparuit postquam elevatus est in sublime: si enim intellexisset, ori suo imposuisset manum.

33. Qui autem fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: &

qui

qui vehementer emungit, elicet sanguinem: & qui provocat iras, producit discordias.

C A P U T . XXXI.

*Exhortatur ne mulieribus dederis substantiam tuam, nec regibus vinum, sed ma-
rentibus: aperi os tuum muto: vindica
inopem: laus & raritas mulieris fortis:
palchritudo fallax gratia.*

1. **V**erba Lamuelis Regis. Visio, quæ erudit eum mater sua.

2. Quid dilecte mi, quid dilecte uteri mei, quid dilecte votorum meorum?

3. Ne dederis mulieribus substantiam tuam, & dittias tuas ad delendos reges.

4. Noli regibus, ô Lamuel, noli regibus dare vinum: quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas.

5. & ne forte bibant, & obliviscantur iudiciorum, & mutant causam filiorum pauperis.

6. Date siceram marentibus, & vinum his, qui amaro sunt animo:

7. bibant, & obliviscantur egestatis sue, & doloris sui non recordantur amplius.

8. Aperi os tuum muto, & causis omnium filiorum qui pertransirent:

9. aperi os tuum, decerne quod iustum est, & iudica inopem & pauperem.

10. Mulierem fortem quis inveniet? procul, & de ultimis finibus pretium eius.

SANC-
TARUM
NON VIR-
GINUM.

11. Confidit ea in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit.

12. Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vita sua.

13. Quasivit lanam & linum, & opera-
ta est consilio manuum suarum.

14. Facta est quasi navis institoris, de longe portans panem suum.



15. Et de nocte surrexit, deditque præ-

dam domesticis suis, & cibaria ancillis suis.

16. Consideravit agrum, & emit eum:

de fructu manuum suarum plantavit vi-

neam.

17. Accinxit fortitudine lumbos suos,

& roboravit brachium suum.

18. Gustavit, & vidit quia bona est

negotatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius.

19. Manum suam misit ad fortia, &

digiti eius apprehenderunt fusum.

20. Manum suam aperuit inopi, & pal-

mas suas extendit ad pauperem.

21. Non timebit domui sue a frigoribus

nivis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicitibus.

22. Stragulatum vestem fecit sibi: bys-

sus, & purpura indumentum eius.

23. Nobilis in portis vir eius, quando

sederit cum senatoribus terra.

24. Sindonem fecit, & vendidit, & cin-

gulum tradidit Chananæ.

25. Fortitudo, & decor iudumentum eius, & ridebit in die novissimo.

26. Os suum aperuit sapientie, & lex

clementie in lingua eius.

27. Consideravit semitas domus sue, &

panem otiosa non comedit.

28. Surrexerunt filii eius, & beatissi-

mam prædicaverunt: vir eius, & lauda-

vit eam.

29. Multæ filiae congregaverunt divi-

tias: tu supergressa es universas.

30. Fallax gratia, & vana est pulchri-

tudo: mulier timens Dominum ipsa lau-

dabitur.

31. Date eide fructu manuum suarum:

& laudent eam in portis opera eius.

32. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

33. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

34. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

35. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

36. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

37. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

38. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

39. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

40. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

41. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

42. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

43. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

44. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

45. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

46. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

47. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

48. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

49. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

50. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

51. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

52. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

53. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

54. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

55. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

56. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

57. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

58. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

59. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

60. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

61. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

62. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

63. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

64. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

65. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

66. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

67. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

68. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

69. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

70. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

71. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

72. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

73. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

74. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

75. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

76. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

77. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

78. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

79. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

80. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

81. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

82. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

83. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

84. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

85. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

86. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

87. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

88. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

tempore misericordie tua.

89. *Omnipotens ete nos in*

tempore misericordie tua.

90. *Salve dona nobis, nos exaudi in*

</

ECCL^ESIAST^ES,
QUI AB HEBREIS
COHELETH APPELLATUR.

HIC liber COHELETH ab Hebreis dicitur, quod Grexi ECCLESIASTEN vertere; id est, convocatorem, sive concionatorem. Toto enim opere, de mundi ac rerum mundanarum vanitate concionatur. Multi eum ascribunt Salomonem, qui resipiscientiam suam serio ibi profiteatur, ut instituere omnes atque firmare in via veritatis possit; quique propterē exponat primum rationem studiorum suorum & instituta vita; deinde observationem occupationum earum omnium, quibus se implicant mortales, que omnia vanitatis damnet: Homines autem ad pietatis & humanitatis officia revocet, mortem & iudicium rebellantibus denunciet, & in officio confirmet pios. Alij tamen Salomonis esse non putant, sed scriptum serius sub illius, tamquam panopliam dulci, nomine. Argumentum: binius rei afferunt multa vocabula, que non alibi quam in Daniele, Esdra, & Chaldeis interpres reperiuntur.

Ibi vero observandum maxime videtur, quod annotavit divus Hieronymus: in PROVERBIS scilicet parvulos a Salomone edoceri, & quasi de Officiis per sententias eruditiri: in hoc vero ECCLESIASTE libro, naturae etatis virum instrui, ne quicquam in mundi rebus putet esse perpetuum, sed caduca & brevia universa quaeremus: Ad extreum iam consummatum virum & calcato seculo preparatum, in CANTICO CANTICORUM sponsi iungi amplibus. Quibus etiam congruit quod ex Bernardo ad huius Cantici titulum afferemus.

CAPUT PRIMUM:

Omnia vana, & nihil sub sole novum: cunctarum quoque rerum difficultem esse inquisitionem, & eamque xanam, & spiritus afflictionem.



1. Erba Ecclesiastæ, filij David, regis Ierusalem.
2. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatum, & omnia vanitas.
3. Quid haber amplius homo de universo labore suo, quo laborat sub sole?
4. Generatio præterit, & generatio advenit: terra autem in eternum stat.
5. Oritur sol, & occidit, & ad locum suum revertitur: ibique renascens,
6. gyrat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem: lustrans universa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos revertitur.

7. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum, unde exirent flumina, revertuntur ut iterum fluant.

8. Cunctæ res difficiles: non potest eas homo explicare sermone. Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur.

9. Quid est quod fuit? ipsum quod fu-

turum est. Quid est quod factum est? ipsum quod faciendum est. Nihil sub sole novum, nec valet quisquam dicere: Ecce hoc recens est: enim præcessit in seculis, qua fuerunt ante nos.

10. Non est priorum memoria: sed nec eorum quidem, qua postea futura sunt, erit recordatio apud eos qui futuri sunt in novissimo.

11. Ego Ecclesiastes fui rex Israël in Ierusalem,

12. & proposui in animo meo querere & investigare sapienter de omnibus, qua-

fuit sub sole.

Hanc occupationem pessimam dedit Deus filii hominum, ut occuparentur in ea.

13. Vidi cuncta, qua fiunt sub sole, & ecco universa vanitas, & afflictio spiritus.

14. Perversi difficile corruguntur, & stultorum infinitus est numerus.

15. Locutus sum in corde meo, dicens: Ecce magnus effectus sum, & præcessi omnes sapientia, qui fuerunt ante me in Ierusalem: & mens mea contemplata est multa sapienter, & didici.

16. Dedique cor meum ut scirem prudenter, atque doctrinam, erroresque & stultitiam: & agnovi quod in his quoque esset labor, & afflictio spiritus,

17. & oportet quod in multa sapientia multa sit

in-

ECCLESIASTES. II. III.

indignatio: & qui addit scientiam, addit & laborem.

C A P U T II.

In affluentia deliciarum, divitiarum, & affi-
ficiorum, & in horum labore est vanitas
& afflictio spiritus: dicit etiam quantæ
sit vanitatis congregare futuro heredi,
qui qualis futurus sit ignoratur.

1. Dixi ego in corde meo: Vadam,
& affluant deliciis, & fruar bo-
nis. Et vidi quod hoc quoque esset va-
nitas.

2. Risum reputavi errorem: & gaudio
dixi: Quid frustra deciperis?

3. Cogitavi in corde meo abstrahere a
vino carnem meam, ut animum meum
transferrem ad sapientiam, devitareque
stultitiam, donec viderem quid essem utile
hominum: quo facto opus est sub
sole numero dierum vitæ sue.

4. Magnificavi opera mea, & edificavi
mihi domos, & plantavi vineas,

5. feci hortos, & pomaria, & consevi
ea cuncti generis arboribus,

6. & extraxi mihi piscinas aquarum, ut
irrigarem silvam lignorum germinantium,

7. possedi servos & ancillas, multaque
familiam habui: armenta quoque, & ma-
gnos ovium greges ultrâ omnes qui fue-
runt ante me in Ierusalem:

*3. Reg. 12.
4.

8. * coacervavi mihi argenteum & aurum,
& substantias regum, ac provinciarum:
feci mihi cantores, & cantatrices, & de-
licias filiorum hominum, scyphos, & ure-
eos in ministerio ad vina fundenda:

9. & supergressus sum opibus omnes,
qui ante me fuerunt in Ierusalem: sapien-
tia quoque perseveraverit mecum.

10. Et omnia, que desideraverunt ocu-
li mei, non negavi eis: nec prohibui cor
meum quin omni voluntate frueretur; &
oblectaret se in his, que præparaveram:

11. Hanc ratus sum partem meam, si uter-
er labore meo.

12. Cùmque me convertisset ad uni-
versa opera, que fecerant manus meæ,
& ad labores, in quibus frustra sudave-
ram, vidi in omnibus vanitatem & af-
flictionem animi, & nihil permanere sub
sole.

13. Transi ad contemplandam sapien-
tiam, erroresque & stultitiam (quid est,
inquit, homo, ut sequi possit regem

Factorem suum?)

14. & vidi quod tantum præcederet

sapientia stultitiam, quantum differt lux
a tenebris.

14. * Sapientis oculi in capite eius: stu-
lus in tenebris ambulat: & didici quod
unus utriusque esset interitus.

* Infr. 8.
1. Prov. 17.

15. Et dixi in corde meo: Si unus &
stulti & meus occasus erit, quid mihi pro-
des quod maiorem sapientia dedi ope-
ram? Locutusque cum mente mea, ani-
madverti quod hoc quoque esset vanitas.

16. Non enim erit memoria sapientis si-
militer ut stulti in perpetuum, & futura
tempora obliuione cuncta pariter operient-
moritur doctus similiter ut indoctus.

17. Et idcirco tecudit me vita meæ vi-
demt malu universa esse sub sole, &
cuncta vanitatem & afflictionem spiritus.

18. Rursus detestatus sum omnem indu-
striam meam, quâ sub sole studiosissimè
laboravi, habitibus heredem post me,

19. quemignoro, utrum sapiens an stul-
tus futurus sit, & dominabitur in labori-
bus meis, quibus desudavi & sollicitus fui.
Et est quidquam tam vanum?

20. Unde cessavi, renunciavite cor
meum ultra laborare sub sole.

21. Nam cùm alius labore in sapientia,
& doctrina, & sollicitudine, homini otio-
so quesita dimittit: & hoc ergo, vanitas,
& magnum malum.

22. Quid enim proderit homini de uni-
verso labore suo, & afflictione spiritus,
qua sub sole cruciatus est?

23. Cunctidies eius doloribus, & ærum-
nis pleni sunt, nec per noctem mente re-
quiescit: & hoc nonne vanitas est?

24. Nonne melius est comedere & bi-
bere, & ostendere anime sue bona de
laboribus suis? & hoc de manu Dei est.

25. Quis ita devorabit, & deliciis af-
fluet ut ego?

26. Homini bono in conspectu suo dedit
Deus sapientiam, & scientiam, & læti-
tiam: peccatori autem dedit afflictionem,
& curam superfluam, ut addat, & congre-
get, & tradat ei qui placuit Deo: sed &
hoc vanitas est, & cassa sollicitus mentis.

C A P U T III.

Quod omnia suo proveniant tempore & tran-
seant, quodque in nullis hic fluxis sit
mentis quies: unus quoque sit hominis
ac iumentorum interitus.

1. Omnia tempus habent, & suis spa-
tis transeunt universa sub calo.

2. Tempus nascendi, & tempus moriendi.
Temp-

Tempus plantandi, & tempus evellendi
quod plantatum est.

3. Tempus occidendi, & tempus sanandi:
Tempus destruendi, & tempus ædificandi.

4. Tempus flendi, & tempus ridendi.
Tempus plangendi, & tempus saltandi.

5. Tempus spargendi lapides, & tem-
pus colligendi.

Tempus alexandri, & tempus longe-
fieri ab amplexibus.

6. Tempus acquirendi, & tempus per-
dendi.

Tempus custodiendi, & tempus abi-
ciendi.

7. Tempus scindendi, & tempus con-
suendi.

Tempus tacendi, & tempus loquendi.

8. Tempus dilectionis, & tempus odij.

Tempus belli, & tempus pacis.

9. Quid habet amplius homo de labo-
re suo?

10. Vidi afflictionem, quam dedit Deus
filii hominum, ut distendantur in ea.

11. Cuncta fecit bona in tempore suo,
& mundum tradidit disputationis eorum,

ut non inventari homo opus, quod opera-
tus est Deus ab initio usque ad finem.

12. Et cognovi quod non esset melius
nisi letari, & facere benè in vita sua.

13. Omnis enim homo, qui comedit &
bibit, & videt bonum de labore suo, hoc
donum Dei est.

14. Didici quod omnia opera, que fe-
cit Deus, perseverent in perpetuum: non
possimus eis quidquam addere, nec aufer-
re, quae fecit Deus ut timeatur.

15. Quod factum est, ipsum permanet:
qua futura sunt, iam fuerunt: & Deus
instaurat quod abiit.

16. Vidi sub sole in loco iudicij impie-
tatem, & in loco iustitiae iniquitatem.

17. Et dixi in corde meo: Iustum, &
impium iudicabit Deus, & tempus omnis
rei tunc erit.

18. Dixi in corde meo de filiis homi-
num, ut probaret eos Deus, & ostende-
ret similes esse bestias.

19. Idcirco unus interitus est hominis,
& iumentorum, & æqua utriusque con-
ditio: sicut moritur homo, sic & illa
moriuntur: similiter spirant omnia, & ni-
hil habet homo iumentum amplius: cuncta
subiecta vanitati,

20. & omnia pergunt ad unum locum:
de terra facta sunt, & in terram pariter
revertuntur.

21. Quis novit si spiritus filiorum Adam
ascendat sursum, & si spiritus iumento-
rum descendat deorsum?

22. Et deprehendi nihil esse melius
quam letari hominem in opere suo, &
hanc esse partem illius. Quis enim eum
adducet, ut post se futura cognoscat?

C A P U T I V .

*Vanitatem huius vita arguit sapiens ex in-
nocentum oppressionem, & quod industria
humana sit invidiae obnoxia: item quod
stultus securi in otio agit, alio qui
baremede non habet thesaurizante: ex-
plicat commoda societatis, regum regno-
rumque vanitatem; & obedientiam pre-
fert stultorum vitiis.*

1. **V**erti me ad alia, & vidi calum-
nias, que sub sole geruntur, &
lacrymas innocentium, & neminem con-
solatorem: nec posse resistere eorum vio-
lentia, cunctorum auxilio destitutos.

2. Et laudavi magis mortuos, quam vi-
ventes:

3. & feliciorem utroque iudicavi, qui
necedum natus est, nec vidit mala que
sub sole fuit.

4. Rursum contemplatus sum omnes la-
bores hominum, & industrias animadver-
tare invidiae proximi: & in hoc ergo
vanitas, & cura superflua est.

5. Stultus complicat manus suas, & co-
medit carnes suas, dicens:

6. Melior est pugillus cum requie, quam
plena utraque manus cum labore, & af-
flictione animi.

7. Considerans reperi & aliam vanita-
tem sub sole:

8. unus est, & secundum non habet,
non filium, non fratrem, & tamen labo-
rare non cessat, nec satiantur oculi eius
divitiae: nec recognitat, dicens: Cui labo-
ro, & fraudo animam meam bonis? in hoc
quoque vanitas est, & afflictio pessima.

9. Melius est ergo duos esse simul, quam
unum: habent enim emolumenta societatis sue:

10. si unus ceciderit, ab altero fulcie-
tur. vñ soli: quia cum ceciderit, non
habet subleventem se.

11. Et si dormierint duo, fovebuntur
mutuo: unus quomodo calefiet?

12. Et si quispiam prævaluerit contra
unum, duo resistunt ei: funiculus triplex
difficile rumpitur.

13. Me-

13. Melior est puer pauper & sapiens,
rege sene & stulto, qui nescit prævidere
in posterum.

14. Quod de carcere, catenisque inter-
dum quis egreditur ad regnum: & alius
natus in regno, inopia consumatur.

15. Vidi cunctos viventes, qui ambu-
lant sub sole cum adolescente secundo,
qui consurgit pro eo.

16. Infinitus numerus est populi om-
nium, qui fuerunt ante eum: & qui po-
stea futuri sunt, non latabunt in eo,
sed & hoc, vanitas & afflictio spiritus.

17. Custodi pedem tuum ingredientis do-
mum Dei, & appropinquā ut audias.

*1. Reg. 15. *2. Multo enim melior est obedientia, quam
stultorum victimā, qui nesciunt quid
faciunt mali.

C A P U T V .

*Nil temerē deo & eius providentia lo-
quendum; vota reddenda; non miran-
dum de egenorum oppressionē, cū ini-
qui iudicem habeant: item quā sit mi-
sera conditio avari numquā implēti, &
divitias coacervantes divitias, in pro-
prietate nonnumquā malum.*

1. **N**E temerē quid loquaris, neque
cor tuum sit velox ad proferen-
dum sermonem coram Deo. Deus enim
in celo, & tu super terram: idecirco sint
pauci sermones tui.

2. Multas curas sequuntur somnia, & in
multis sermonibus inveniuntur stultitia.

3. Si quid vorovisti Deo, ne moreris red-
dere: displicet enim ei infidelis & stu-
ta promissio. sed quodcumque voreris,
reddere:

4. multoque melius est non vorere,
quam pos vorum promissa non reddere.

5. Ne dederis os tuum ut peccare facias
carnem tuam: neque dicas coram angelō:
Non est providentia: ne forte iratus Deus
contra sermones tuos, dissipet cuncta
opera manuum tuarum.

6. Ubi multa sunt somnia, plurimae sunt
vanitates, & sermones innumerati: tu vero
Deum time.

7. Si videris calumnias egenorum, &
violenta iudicia, & subvertiri iustitiam in
provincia, non mireris super hoc negotio:
quia excelsi excelsior est aliis, & super
hos quoque eminentiores sunt alii.

8. & insuper universæ terra rex impe-
rat servienti.

9. Avarus non implebitur pecuniā: &
qui amat divitias, fructum non capiet ex
eis: & hoc ergo vanitas.

10. Ubi multe sunt opes, multi & qui
comedunt eas. Et quid prodest possessori,
nisi quod cernit divitias oculis suis?

11. Dulcis est somnus operanti, sive
parum, sive multum comedat: saturitas
autem divitias non sinit eum dormire.

12. *Est & alia infirmitas pessima, quam * Iob 20.
vidi sub sole: divitiae conservatæ in ma-
lum domini sui.

13. Pereunt enim in afflictione pessima:
generavit filium, qui in summa egestate
erit.

14. * Sicut egressus est nudus de utero * Iob 1. 21.
matris sue, sic revertetur, & nihil aufe- 1. Tim. 6.
ret secum de labore suo.

15. Miserabilis prorsus infirmitas: quo
modo venit, sic revertetur. Quid ergo
prodes ei quod laboravit in ventum?

16. Cunctis diebus vita sue comedit in
tenebris, & in cursis multis, & in ærumpa
atque tristitia.

17. Hoc itaque visum est mihi bonum
ut comedat quis, & bibat, & fruatur la-
titia ex labore suo, quo laborabit ipse sub
sole numero dierum vita sue, quos dedit
ei Deus, & hac est pars illius.

18. Et omni homini, cui dedit Deus
divitias, atque substantiam, potestatem
que ei tribuit ut comedat ex eis, & fru-
tarur pars sua, & latetur de labore suo:
hoc est donum Dei.

19. Non enim satis recordabitur dierum
vitæ sua, eò quod Deus occupet delicias
cor eius.

C A P U T VI .

*Misera est avari vanitas, qui ne in ne-
cessariis quidem audet partis uti.*

1. **E**ST & aliud malum, quod vidi
sub sole, & quidem frequens
apud homines:

2. Vir, cui dedit Deus divitias, & sub-
stantiam, & honorem, & nihil deest ani-
ma sue ex omnibus, que desiderat: nec
tribuit ei potestatem Deus ut comedat ex
eo, sed homo extraneus vorabit illud.

3. Si generit quispiam centum liberos,
& vixerit multis annis, & plures dies
atatis haberit, & anima illius non utatur
bonis substantiæ sue, sepulturâque ca-
reat: de hoc ego pronuncio quod melior
illo sit abortivus.

4. Fru-

4. Frustrè enim venit, & pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius.

5. Non vidit solem, neque cognovit distantiam boni & mali:

6. etiam si duobus millibus annis vixerit, & non fuerit perfrutus bonis: nonne ad unum locum properant omnia?

7. Omnis labor hominis in ore eius: sed anima eius non implebitur.

8. Quid habet amplius sapiens a stulto? & quid pauper nisi ut perget illuc, ubi est vita?

9. Melius est videre quod cupias, quam desiderare quod nescias. sed & hoc vanitas est, & præsumptio spiritus.

10. Qui futurus est, iam vocatum est nomen eius: & scitur quod homo sit, & non possit contra fortiorē se in iudicio contendere.

11. Verba sunt plurima, multamque in disputando habentia vanitatem.

C A P U T VII.

Vanum est altiora se quærere; & inter multa que quibus magis sint eligenda, sic & sapientia utilior est cum dottiō: dies malus p̄cavendum: ne plus quam oportet sapiens aut iustus sit: quam si mulieris consortium amarum & periculosis: quodque homo sit a Deo creatus refutat.

1. Quid necesse est homini maiora se quærere, cùm ignoret quid conducat sibi in vita sua numero diem peregrinationis sua, & tempore, quod velut umbra præterit? Aut quis ei poterit indicare quid post eum futurum sub sole sit?

2. * Melius est nomen bonum, quam unguenta pretiosa: & dies mortis die nativitatis.

3. Melius est ire ad domum luētus, quam ad domum convlvi: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & vivens cogitat quid futurum sit.

4. Melior est ira risu: qui per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis.

5. Cor sapientium ubi tristitia est, & cor stultorum ubi letitia.

6. Melius est a sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi.

7. quia sicut sonitus spinarum ardentiū sub olla, sic risus stulti: sed & hoc vanitas.

8. Calumna conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius.

9. Melior est finis orationis, quam principium. Melior est patiens arrogante.

10. Ne sis velox ad irascendum: quia ira in sinu stulti requiescit.

11. Ne diccas: Quid putas cause est quod priora tempora meliora fuere quam nunc sunt? stulta enim est huiuscemodi interrogatio.

12. Utilior est sapientia cum divitis, & magis prodest videntibus sole.

13. Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia. hoc autem plus habet eruditio & sapientia, quod vitam tribuant possessori suo.

14. Considera opera Dei, quod nemo possit corrigerre quem ille despicerit.

15. In die bona fruera bonis, & malam diem p̄cave. sicut enim hanc, sic & illam fecit Deus, ut non inveniat homo contra eum iustas querimonias.

16. Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meæ: Iustus perit in iustitia sua, & impius multo vivit tempore in malitia sua.

17. Noli esse iustus multum: neque plus sapias quam necesse est, ne obstupescas.

18. Ne impie agas multum: & noli esse stultus, ne moriaris in tempore nostro.

19. Bonum est te sustentare iustum, sed & ab illo ne subtrahas manum tuam: quia qui timer Deum, nihil negligit.

20. Sapientia confortavit sapientem super decem principes civitatis.

21. * Non est enim homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.

22. Sed & cunctis sermonibus, qui dicuntur, ne accommodes cor tuum: ne forte audias servum tuum maledicentem tibi.

23. scit enim conscientia tua, quia & tu crebr̄ maledixisti aliis.

24. Cuncta tentavi in sapientia. Dixi: Sapientia efficiar: & ipsa longius recessit a me.

25. multo magis quam erat: & alta profunditas, quis inveniet eam?

26. Lustravi universa animo meo, ut scirem, & considerarem, & quærerem sapientiam, & rationem: & ut cognoscerem impietatem stulti, & errorem imprudentum:

27. & invēni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor eius, vincula sunt manus illius, qui placet Deo, effugiet illam: qui autem peccator est, capietur ab illa.

28. Ecce

28. Ecce hoc inveni, dixit Ecclesiastes, unum & alterum, ut invenirem rationem,

29. quam adhuc querit anima mea, & non inveni. Virum de milia unum reperi, mulierem ex omnibus non inveni.

30. Solummodo hoc inveni, quod fecerit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit questionibus. Quis talis ut sapiens est? & quis cognovit solutionem verbi?

C A P U T VIII.

In vultu lucet sapientia, a Dei mandatis non recedendum: homo novit tantum praesentia, neque mortem potest evadere: impij ob Dei indulgentiam liberiti peccant; vanissimum videtur quod iustus & impii similia hic eveniunt; & operum Dei ratio non est investiganda.

Sap. 2. 14.

1. **S**apientia hominis lucet in vultu eius, & potentissimum faciem illius communitatib.

2. Ego os regis observo, & precepta iuramenti Dei.

3. Ne festines recedere a facie eius, neque permaneas in opere malo: quia omne, quod voluerit, faciet:

4. & sermo illius potestate plenus est nec dicere ei quisquam potest: Quare ita facis?

5. Qui custodit preceptum, non experierit quidquid mali. Tempus & responsionem cor sapientis intelligit.

6. Omni negotio tempus est, & opportunitas, & multa hominis afflictio:

7. quia ignorat præterita, & futura nullo scire potest nuncio.

8. Non est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis, nec sinistr quiescere ingruente bello, neque salvit impietas impium.

9. Omnia haec consideravi, & dedi cor meum in cunctis operibus, quæ fuit sub sole. Interdum dominatur homo homini in malum suum.

10. Vidi impios sepulcos: qui etiam cùm adhuc viventer, in loco sancto erant, & laudabantur in civitate quasi iustorum operum: sed & hoc vanitas est.

11. Etenim quia non profert citò contra malos sententia, absque timore ulli filii hominum perpetrant mala.

12. Atamen peccator ex eo quidem cenis facit malum, & per patientiam suam stentatur, ego cognovi quod erit bonum

timentibus Deum, qui verentur faciem eius.

13. Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius, sed quasi umbras transcent qui non timent faciem Domini.

14. Est & alia vanitas, quæ fit super terram, sunt iusti, quibus mala proveniunt, quasi opera egerint impiorum: & sunt impij, qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant. sed & hoc vanissimum iudicio.

15. Laudavi igitur latitiam quod non esset homini bonum sub sole, nisi quod comederet, & biberet, atque gauderet: & hoc solum secum auferret de labore suo in diebus vite sue, quos dedit ei Deus sub sole.

16. Et apposui cor meum ut scirem sapientiam, & intelligerem distinctionem, * quæ versatur in terra: est homo, qui diebus & noctibus somnum non capit oculis.

* Hebr.
negotium
quod sit
super ter-
ram.

17. Et intellexi quod omnium operum Dei nullum possit homo invenire rationem eorum, quæ fiunt sub sole: & quanto plus laboraverit ad quærendum, tanto māns inveniat: etiam si dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire.

18. **C**A P U T IX.

Nemo scit an Dei odio vel amore sit dignus: quod eadem cunctis hic eveniunt; & cum post banc brevem & incertam vitam non restet tempus operandi, monet nunc operibus instanter incumbendum; & licet sapientia præstet fortitudinem, in paupere tam non estimatur.

19. **O**mnia haec traxavi in corde meo, ut curiosè intelligerem: Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu domini: & tamen nescit homo utrum amore, an odio dignus sit:

20. sed omnia in futurum servantur incerta, sed quod universa æquæ eveniant iusto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti, victimis, & sacrificiis contemnenti, sicut bonus quis & peccator: ut perierunt, ita & ille qui versus erunt deierat.

21. Hoc est pessimum inter omnia, quæ sub sole fiunt, quia eadem cunctis eveniunt, unde & corda filiorum hominum implentur malitia, & contemptu in vita sua, & post hæc ad inferos deducentur.

22. Nemo est qui semper vivat, & qui

Fff hu-

huius rei habeat fiduciam: melior est canis vivus leone mortuo.

5. Viventes enim sciunt se esse morituros, mortui vero nihil neverunt amplius, nec habent ultra mercedem: quia obliqui tradita est memoria eorum.

6. Amor quoque, & odium, & invidiae simul perierunt, nec habent partem in hoc seculo, & in opere, quod sub sole geritur.

7. Vade ergo & comedere in laetitia pauperrima tua, & bibe cum gaudio vinum tuum: quia Deo placent opera tua.

8. Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficit.

9. Perfruere vita cum uxore, quam diligis, cunctis diebus vita instabilitatis tuae, qui dati sunt tibi sub sole omni tempore vanitatis tuae: hac est enim pars in vita, & in labore tuo, quo laboras sub sole.

10. Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quod tu properas.

11. Verti me ad aliud, & vidi sub sole, nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorum divitias, nec artificum gratiam: sed tempus, casumque in omnibus.

12. Nescit homo finem suum: sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aves laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo supervenerit.

13. Hanc quoque sub sole vidi sapientiam, & probavi maximam:

14. Civitas parva, & pauci in ea viri: venit contra eam rex magnus, & vallavit eam, extrixitque munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio.

15. Inventusque est in ea vir pauper & sapiens, & liberavit urbem per sapientiam suam, & nullus deinceps recordatus est homini illius pauperis.

16. Et dicebam ego, meliorem esse sapientiam fortitudine: quonodo ergo sapientia pauperis contempta est, & verba eius non sunt auditae?

17. Verba sapientium audiuntur in silentio plus quam clamor principis interstultos.

18. * Melior est sapientia, quam arma bellica: & qui in uno peccaverit, multa bona perdet.

* Supr. 7.
ao.

CAPUT X.

Sapientia a stulto differentia: tentationibus potentis spiritus resistendum: de stulto ac seruo elevatis, & divite ac principe humiliatis; oculus detrahatur serpenti comparatur: de rege puer, & principibus manè comedentibus: neque regi, neque diviti detrahendum.

1. **M**uscae morientes perdunt suavitatem unguenti. Pretiosior est sapientia, & gloria, parva & ad tempus stultus.

2. * Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius. * Vide Deuter. 1.

3. Sed & in via stultus ambulans, eum ipse insipiens sit, omnes stultos estimat. 29. cum Iona 4. in fine.

4. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris: quia curatio faciet cessare peccata maxima.

5. Est malum quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens a facie principis:

6. positum stultum in dignitate sublimi, & divites sedere deorsum.

7. Vidi servos in equis: & principes ambulantes super terram quasi servi,

8. * Qui fodit foveam, incidet in eam: * Prov. 26. 27. & qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Eccli. 27.

9. Qui transfert lapides, affligetur in eis: & qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis.

10. Si retusum fuerit ferrum, & hoc non ut prius, sed hebetatum fuerit, multo labore exacutetur, & post industram sequetur sapientia.

11. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulè detrahit.

12. Verba oris sapientis gratia: & labores insipientis praecipiunt eum:

13. Initium verborum eius stultitia, & novissimum oris illius error pessimus.

14. Stultus verba multiplicat. Ignoratus homo quid ante se fuerit: & quid post se futurum sit, quis ei poterit indicare?

15. Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in urbem pergere. Iby. 1.

16. Vae tibi terra, cuius rex puer est, & cuius principes manè comedunt.

17. Beata terra, cuius rex nobilis est, & cuius principes vescuntur in tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam.

18. In pigris humiliabitur contumacio, & in infirmitate manuum persillabit domus.

19. In risum faciunt panem, & vinum

ut

ut epulentur viventes: & pecunia obediunt omnia.

20. In cogitatione tua regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui ne maledixeris diviti: quia & aves caeli portabunt vocem tuam, & qui habet pennas annunciat sententiam.

CAPUT XI.

Monet nostra alii: impertiri, & semper bene esse operandum; quod hominis iudicium post obitum sit immutabile, futuri quoque iudicij memoriam retinendam, in quo de omnibus iudicandi sumus; iram & malitiam a corde auferendam.

1. **M**itte panem tuum super temporalia aquas: quia post tempora multa invenies illum.

2. Da partem septem, necnon & octo: quia ignoras quid futurum sit mali super terram.

3. Si repletæ fuerint nubes, imbrex super terram effundent. Si ceciditer lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciditer, ibi erit.

4. Qui observat ventum, non seminat: & qui considerat nubes, numquid metet.

5. Quomodo ignoras que sit via spiritus, & quia ratione compingantur ossa in ventre praegnantis; sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium.

6. Manè semina semen tuum, & vesperè ne cesser manus tua: quia nescis quid magis oriarunt, hoc aut illud: & si utrumque simil, melius erit.

7. Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solem.

8. Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus latetus fuerit, neminiscis debet tenebrosi temporis, & diemur multorum: qui cùm venerint, vanitatis arguentur præterita.

9. Lætare ergo iuvenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuventutis tuae, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum: & scito quòd pro omnibus his adducet te Deus in iudicium.

10. Aufer iram a corde tuo, & amove malitiam a carne tua. Adolescentia enim & voluptas vana sunt.

11. Verba sapientium sicut stimuli, & quasi clavi in altum defixi, que per magistrorum consilium data sunt a pastore uno.

12. His amplius fili mi ne requiras. Faciens plures libros nullus est finis: frequensque meditatio, carnis afflictio est.

13. Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata eius observa: hoc est enim omnis homo:

14. & cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, sive bonum, sive malum illud sit.

CAPUT XII.

Deum præ oculis habeo in inventute, priusquam succedat molestia senectus, tandemque vorax mors: cùmque omnia sint vanitas, Dei præcepta observa; nam de omnibus est reddenda ratio.

1. Memento Creatoris tui in diebus iuventutis tuae, antequam veniam tempus afflictionis, & appropinquent anni, de quibus dicas: Non mihi placent,

2. antequam tenebreseat sol, & lumen, & luna, & stellæ, & revertantur nubes Post pluviam:

3. quando commovebuntur custodes domus, & mutabunt viri fortissimi, & otiosi erunt molentes in minuto numero, & tenebrescent videntes per foramina:

4. & claudent ostia in platea, in humilitate vocis molentes, & consurgent ad vocem volucris, & obsurdescent omnes filiae carminis.

5. Excelsa quoque timebunt, & formidabunt in via, florebunt amygdalus, impinguabitur locusta, & dissipabitur capparis: quoniam ibit homo in domum aternitatis suæ, & circuibunt in platea plangentes.

6. Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydra super fontem, & confringatur rota super cisternam,

7. & revertatur pulvis in terram suam unde erat, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.

8. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, & omnia vanitas.

9. Cùmque esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populum, & enarravit quæ fecerat: & investigans compositus parabolæ multas.

10. Quæsivit verba utilia, & conscripsit sermones rectissimos, ac veritate plenos.

11. Verba sapientium sicut stimuli, & quasi clavi in altum defixi, que per magistrorum consilium data sunt a pastore uno.

12. His amplius fili mi ne requiras. Faciens plures libros nullus est finis: frequensque meditatio, carnis afflictio est.

13. Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata eius observa: hoc est enim omnis homo:

14. & cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, sive bonum, sive malum illud sit.